Aqua] Fortis.
] Saponis nigri.
Calx viua.
Cinis] Ficulneus.
] Grossorum.
Diphryges.
Fæx aceti vsta.
Melanteria.
Misy.
Oleum ♁ Sulph.
Vitrioli.
Arg. viui.
Sublimati.
♁ Soricum.
Trochisci de Minio.
Vnguentum Musæ.

Impinguantia

Impinguantia sunt, iam dictis quodam modo contraria, cùm carnem & pinguedinem reficiant, quia verò duo concurrunt ad hoc opus calor, & materia alimentalis; impinguantia vel conseruant, roborantque calorem natiuum, vt sunt omnia condimenta aromatica, vel materiam parant. De illis non est mihi nunc sermo, quæ vel alimentum boni succi, vel copiosum suppeditant, vel sanguinem ad mem-

bra

bra impellunt, attrauntque, aut attractum firmant, quæ omnia perficiuntur euidentibus qualitatibus suis locis descriptis, sed de illis duntaxat loquor, quæ proprietate quadam non adeo manifesta sanguinem reddunt ad impinguandum aptum, quæ paucissima adhuc inuenta sunt, experientia duce, nimirum

Cannabinum sem

Nucis indicæ interior medulla.

Sarcolcola in furno resiccata, vt atteri possit.

Glutinantia.

Glutinantia sanguinem vulneratæ parti influentem sua adstringẽte, & siccante vi reprimunt, absumunt, ac separatam substantiam in vnum cogunt, ideo magis siccant, quàm sarcotica, quæ sordes tantum absumere debent, non autem sanguinem ad carnis generationem necessarium, at minus siccant, quam epulotica, quę non modo sanguinem, sed carnem etiam resiccant, & veluti in cutem obdurãt. Gradus siccitatis, & adstrictionis glutinanti conueniens non potest determinari, nisi habita ratione partis læsæ. Nam vulnus in puero, muliere, & carnea substantia mitiori medicamento coalescit. In sene neruo duro corpore nonnisi validis persanantur ita vt idem glutinatorium ratione